UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien. I. C. Praestantissimi Volumen ...

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Pontificij iuris, Contractuum, seu Dispositionum inter viuos materias distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm CXXXV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96504

Visual Library

dia, & comitatu Bononiæ morantur, ut ſine ſolem-
nitate poſſint alienare, quia dico illud verum eſſe,
quando ipſi minores fuiſſent illi, qui contractum fe-
ciſſent, & cum iuramento, ut in dicto ſtatuto. Sed
quia Baptiſta non fuit ille, qui cum iuramento loca-
uerit, ſed Dominicus prætenſus negotiorum geſtor,
qui ſine decreto, & ſolemnitate ultra triennium lo-
care non potuit, ut ſupra dictum fuit, ideò ſtatutum
illud dicti obſtare non dicitur: & ex his breuiter dubita
tioni propoſitæ ſatisfactum eſſe exiſtimo. Reliqua
ſuppleat R.D. Iudex, cui me commendo. Laus Deo.

S V M M AE.

1 *Tutor ſimpliciter contrahens in re ad pupillum dumtax at pertinente in dubio tutorio nomine contraxiſſe cenſetur.*

Etiam quamuis dictum eſſet per ſe, & hæredes ſuos, & adiecta eſſet clauſula omni meliori modo, quo potuit, num. 4.

2 *Et ſi proprio nomine contraheret, induceretur præſumptio doli, & delicti, propter quod ut ſuſpectus remoueri, & pœna infamiæ puniri poſſet.*

3 *Contraxiſſe quem in dubio bona fide, & eo modo præſumitur, quo delictum aliquod, aut pœnam aliquam non incurriſſe dicatur.*

4 *Clauſula omni meliori modo quid operetur.*

5 *Relinquo verbum cum clauſula omni meliori modo hæredis inſtitutionem importat.*

6 *Tutor abſque ſolemnitate poteſt bona pupilli ad modicum tempus pro iuſta, & conuenienti penſione locare.*

7 *Conductor, cui locator obligauit bona in genere, & in ſpecie rem locatam, non poteſt ab emptore expelli, & retentione rei uſq; ad finem locationis uti poteſt. Et hæc eſt communis opinio.*

8 *Idem, quando locator promittit non alienare, nec uendere rem locatam in præiudicium conductoris, & poſtea adiiciatur clauſula generalis, pro quibus omnibus locator conductori obligat omnia bona ſua, & ſpecialiter rem locatam.*

9 *Satiſdatio de iudicio ſiſti ſimul innexa cum ſatiſdatione de iudicatum ſoluendo operatur id, quod ſimplex ſatiſdatio de iudicio ſiſti per ſe operari non poteſt.*

10 *Tutor ſimpliciter bona pupilli hypothecare prohibetur, niſi ex cauſa iuſta, & cum decreto.*

Quod limitatur, num. 11.

12 *Prælatus in contractu, quem ſibi de re eccleſiæ facere permiſſum eſt, poteſt pro obſeruatione conuentorum bona eccleſiæ etiam ſpecialiter obligare.*

Idem in tutore de bonis pupilli.

EPITOME.

Locatio facta ſimpliciter à tutore etiam per ſe,
& ſuos hæredes, ſed cum clauſula omni meliori mo
do, quo potuit, de re ad pupillũ dumtaxat pertinẽte,
dicitur tutorio nomine, & ad utilitatẽ pupilli facta.
Emptor, & ſingularis ſucceſſor locationi, & colo
no ſtare tenetur, quando locator promiſit condu-
ctori de re locata contractum non facere, quo minus
conductor pacificè frui poſſet, ſed ipſum in poſſeſſio
ne rei manutenere, & conſeruare ſub pœna, & obli-
gatione bonorum, & omnia promiſſa, & conuenta
firma, rata, & grata habere promiſit, & non contra-
facere, vel uenire per ſe, vel per alium, aliquo modo
de iure, uel de facto, & generaliter omnia bona ſua,
ac etiam ſpecialiter rem locatam obligauit.

CONSILIVM CXXXV.

Viſo inſtrumẽto locationis per dominam
Lucretiam de domo, & ſtabulo Ioãnino,
& do. Camillæ eius uxori ad quinquen-
nium factæ, ac inſtrumento venditionis
dictæ domus, & ſtabuli per eandem dominam Lu-
cretiam poſtea Machario factæ, nec non uiſis teſta-
mento magiſtri Nicolai; & inſtrumento tutelæ, ſeu
confirmationis illius, omiſſis allegationibus, quæ
hincinde fieri poſſent, cũ & multis negotiis, & quoti
dianis lectionibus ſim impeditus, circa dubitationes
propoſitas breuius, quàm potero, ponam concluſio-
nes, quæ mihi de iure veriores videbũtur. Dubitatur
enim primo, an locatio per dictam do. Lucretiam fa
cta cenſeatur ab ea facta tanquam à tutrice filiorum
ſuorum, an verò iure proprio, & ad ſuam propriam vti
litatem. Secundo, ſi locatio ab ea tutorio nomine, &
ad pupillorum, & filiorum ſuorũ vtilitatẽ facta cenſe
tur, vtrũ Macharius emptor domus, & ſtabuli inquili
no ſtare teneatur, ut nõ poſſit illum expellere, & lici-
tum ſit Ioannino, & do. Camillæ cõductoribus reten
tione rei ſibi locatæ vſque ad quinquennium uti.
¶ Circa primum quamuis plura adduci poſſent, hac
ſola tñ concluſione contemptus ero, ꝙ locationis cõ
tractus factus per do. Lucretiam tutricem teſtamen-
tariam, & à iudice cõfirmatam ipſi Ioannino, & do.
Camillæ eius vxori debet cẽſeri factus potius tutorio
nomine, & ad utilitatem ſuorum pupillorum, quàm
ſuo proprio nomine, & ad ſui utilitatem. Quam con
1 cluſionem probo, † per tex. cum ibi not. per Bar. in l.
poſt mortem. §. tutor. ff. qñ ex fac. tuto. ubi ſi ille, qui
eſt tutor, ſimpliciter in re ad pupillum dumtaxat per
tinente cõtrahat, in dubio intelligitur tutorio nomi
ne contraxiſſe, & hoc uoluit ibi gl. Sed in caſu noſtro
do. Lucretia locauit rem dumtaxat ad filios ſuos pu-
pillos, & nõ ad ſe pertinentẽ, ergo debet dici tutorio
nomine, & ad vtilitatem pupillorũ contraxiſſe, & nõ
2 proprio nomine. Præterea † ſi diceretur ꝯxiſſe, & lo-
caſſe pro ſe, & ad utilitatem propriam, & nõ tutorio
nomine, nec ad pupillorum vtilitatem, induceretur
præſumptio doli, & delicti, propter qđ ipſa ut ſuſpe-
cta remoueri poſſet, & ex dolo ſuo pœna infamiæ eſ-
ſet puuienda. §. ſuſpectus. Inſtitu. de ſuſpec. tuto. l. fi. &
per totum. C. de ſuſpectis tuto. cum ſimilibus ibi not.
& latè habetur per Bar. in l. 1. ff. eod. tit. Item ipſa dice-
retur ꝯueniſſe iuramẽto, & promiſſioni ſuæ de faciẽ-
do utilia pro ſuis filiis, eorumq; bonis, qđ in dubio nõ
3 eſt præſumendum: quinimmò † præſumendũ eſt ip-
ſam contraxiſſe bona fide, & eo modo, quo nec pœ-
nam aliquã, nec delictum aliquod incurriſſe dicatur,
arg. l. merito. cum ibi not. ff. pro ſocio. & ad propoſi-
tum multa cumulari poſſent, quæ tanquam nota bre
uitatis gratia omitto. Vt ergo euitetur ſuſpicio crimi
nis, & delicti, ac præſumptio, per quam quis cenſeat̃
uoluiſſe actum gerere, per quem pœnam incurrere
poſſit, dicendũ, & præſumendum eſt, ꝙ ipſa domina
tutrix locãdo cenſeatur magis tutorio nomine, q̃ pro
prio, & ad ipſius vtilitatem contraxiſſe. Tertio hoc
4 ſuadetur † ex illis uerbis per ſe, & ſuos hæredes omni
meliori modo, quo potuit, nam per hmõi uerba uide
tur uoluiſſe actum facere, nõ prout fit, ſed eo modo,
quo ipſa de iure melius facere potuit, arg. l. cum pa-
ter. §. filius matrem. cum ibi not. per doctores. ff. de le
ga. 2. nam virtus huius clauſulæ eſt ẽt cum verborum
impropriatione hoc importare, & facit id, qđ uoluit
Bal. in l. quoties. in 2. col. C. de hæred. inſtit. Alex. in l.
nam qđ. §. non omnis. ff. ad trebellianum. cum infini-
tis ſimilibus. Sed ipſa tutrix de rebus pupillorum po-
tuit contrahere, & illas locare tanquam tutrix, & ad
pupillorum vtilitatem, ut promiſit, & prout de iure
ſibi permittitur, & nõ proprio nomine, nec ad vtilita
tem propriam, ut in iuribus præallegatis: ergo per il-
la uerba omni meliori modo, quo potuit, conſtat, ip-
ſam voluiſſe locare tutorio nomine, & non ſuo, nec
ad ſuam vtillitatem, quia hoc non potuit. Et ita pro-
pter hæc verba puto cõcludendum eſſe, ẽt ſi uerba cõ
tractus eſſent improprianda, argum. not. per Bal. in d.
5 l. quoties. qui uoluit, † ꝙ verbum relinquo, qđ ſecun-
dum propriam ſignificationem hæredis inſtitutionẽ
importare non ſolet, ut habetur in rub. ff. de legat. 1.
& per Bar. & alios in l. centurio. ff. de uulga. & pupil.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

& in c.Raynutius.& in c.Raynaldus.de teſtamen. pp illa uerba omni meliori modo hæredis inſtitutionē importat,ut uoluit ēt Cuman.in l.his uerbis. ff.de hæred.inſtituen. & ideò in terminis noſtris quãuis ex illis uerbis per ſe,& hæredes ſuos,ſeu pro ſe, & hæredibus ſuis locatio uideretur facta nomine proprio, & non tutorio, ut uidetur eſſe de mente Bartoli in d. l. poſt mortē.§.tutor.ff. quando ex fac.tut. tamen propter illã clauſulam omni meliori modo, quo potuit, ea uerba impropriantur, ut uerbũ hæredes, ſeu hæredibus ponatur pro filiis ſuis, & maximè cauſa euitãdi abſurdi,ac ſuſpitionē delicti,& pœnã fugiendi,arg.l. ex facto.in fi.cum glo. & ibi docto.ff. ad trebell. cum ſimil.ſupra allegatis.¶Circa ſecundũ dubium,p̄ſuppoſito,do.Lucretiam tutorio nomine, ut ſupra concluſum eſt,contraxiſſe,& præſuppoſito,prout de iure
6 ueriſſimum eſt, †tutorem abſq; alia ſolemnitate poſſe ad modicum tempus bona pupilli pro iuſta,& conuenienti penſione locare,ut uoluit Angel.in auth.de non alienan.§.neque. collatio.2. & eſt bonus text.cũ glo.in clemen.1.in fin.de rebus eccle.non alienan.& argum.l.codicillis.§.inſtituto. ibiq́; Imol.& alii.ff.de legat.2. an licitum ſit in caſu noſtro emptori expellere conductorem domus,& ſtabuli,an uerò inquilino ſtare teneatur, concluſiuè loquēdo, ut fui pollicitus,
7 dico † inquilinum poſſe inſiſtere, quouſque locationis tempus finitum fuerit,primo per doctrinam Bartoli in l.ſi filiofamilias. §.ſi uir.ff. ſolu. matrim. in l. 1. §.quod autem.ff.de ſuperficie.in l. qui fundum.ff.loca.& in l.emptorem.C.eo.tit.qui uoluit, ꝙ ſi locator bona in genere, & ſpecialiter rem locatã conductori obligauit, conductor non poterit ab emptore expelli, ſed is colono, ſeu inquilino ſtare tenebitur, qm̃ ex quo inquilinus ius in re conducta habet, hoc eſt obligationē pignoris, ſeu hypothecæ, quod eſt ius reale, ut in l.eos.C.de pignor.& §.item ſeruiana. Inſtitu.de action.non poteſt à ſingulari ſucceſſore expelli,& ita uoluit Bal.in l.1.C.de fructibus,& lit.expenſ.in uerſi. ſed pone.& in l.ſi merces. §.1. ff.loca. idemq́; tenent Bald.Angel.& Paul.de Caſt.in d.l.emptorem.Abb.& Anan.in c.fi. ne præla.uices ſuas. & Paul. Caſtr.in d.l. qui fundum.& eſt magis cõmunis opinio maximè in caſu,quo res locata ſpecialiter fuiſſet cõductori obligata, quamuis Alex. in d. l. ſi uir. contrarium ſentire uideatur,dicens hoc fuiſſe de mente Io.de Imol. Pauli de Caſtro,& Roma.ibi, & fuit ſententia Iacobi Butriga.in d.l.ſi merces. §.1.qui innuunt,ꝙ ēt qñ res locata fuit ſpecialiter conductori obligata, emptor nõ tenetur ſtare colono,ſi ipſe emptor conductori ſoluerit intereſſe ipſius,omneſq́; penſiones iam ſolutas:& ideò conductor propter ſpecialem obligationem uti retentione rei poterit, donec ſibi intereſſe unà cũ pēſionibus iam ſolutis fuerit ab emptore, uel locatore ſolutum,ita dicit Alex.in d.§.ſi uir.ex mente ſcribentium prædictorum. Alia tamen opinio,ꝙ indiſtinctè conductor expelli nequeat, & is poſſit retentione rei uſq; ad ſpecialem rei obligationem uti ex eo,ꝙ ius in re habet, uolunt, & tenent docto. magis cõmuniter, ueluti etiam ex uerbis ipſius Alexand. in d.§. ſi uir. & in iuribus primo loco allegatis colligitur:unde in iudicando,& conſulendo non eſt ab hac opinione recedendum,ut dicunt canoniſtæ in c.1.& in c.ne innitaris. poſt Io.And.de conſtit.¶Secundo opinionem,& concluſionem ſupra traditã corroboro ex alia notabili theorica,quæ fuit originalis Io.de Imol.in his terminis in l. filiusfamilias. §. diui. il 2.ff.de leg.1. & in l. qui abſentē. §.1. ibiq́; Roma.ff. de acq.poſſ. ꝙ quãuis ſingularis ſucceſſor inquilino ſtare non teneatur, qa illum poteſt expellere, licet conductor ad intereſſe ꝯ locatorē agere ualeat ēt in caſu, quo bona locatoris

eſſent ei generaliter obligata, immò ēt in caſu res locata fuiſſet ſpecialiter obligata,tenendo nem illorum,de quibus ſupra, tñ cautela eſt
8 ꝙ † ad hoc, ut conductor expelli nequeat, ꝯctu locationis promittat rem locatã non nec uendere in præiudicium conductoris, adijciatur clauſula generalis, pro quibus ſe locator conductori obligat omnia ſua bo cialiter rem locatã: nam uirtute talis cõu non alienando in præiudicium conducto gatione bonorũ,& ſpecialiter rei locatæ res locata poterit per locatorē in præiu ctoris alienari.l.creditor.§.fi.ibi nullam nem.ff.de diſtrac.pignor.& ideò in caſu factę conductor poterit rē retinere,illiq́; nec locatio fuerit finita:& hoc multũ cõ in d.§.ſi uir.in 3.col.& firmatur ex iis,quæ in d.l.qui abſenti.§.1.ibiq́; Alex.& docto. maximè moder. & habetur ꝑ Imolam in l. §.ea lege.ff.de verb.oblig. per Baldum, in l.ea lege.C.de condic.ob cauſ.licet Paul.de C in d.§.ea lege. dicere auſus fuerit, ꝙ etiam ſu generalis bonorũ obligatio ſufficeret, dum Alexan.in d.§. ſi uir. qui putat opinio læ eſſe ueriorem,ꝙ ſpecialis rei obligatio qm̃ tex.in d.l.creditor.§.fi.exorbitat à regul quis.§.ea lege.& ideò ad generalē obligati di non debet,cum de ſpeciali ſolum loquat caſu,de quo agitur,contrahentes huiuſmo uſi fuerunt, qm̃ conuentum eſt in contra nis de non alienando rem locatam,nec al tractum de ea faciendo in præiudicium & poſtea pro obſeruatione promiſſorum cõductori omnia bona generaliter, & ſpe ipſa locata obligata,ergo &c.¶Corrobor nã locator primo conductori promiſit termino locationis durante, contractum quominus conductor pacificè frui poſſet, conductorem in poſſeſſione rei manuten ſeruare ſub pœna, & obligatione bonorũ, infra,& ſic cum obligatione ſpeciali, itē co promiſit locator omnia promiſſa,& co ma,rata,& grata habere,& non contra fac nire per ſe,uel alium aliquo modo, ratio ſa,uel ingenio, de iure, uel de facto:item omnia bona fuerunt obligata,& ſpecialiter locata,ergo ex his pluribus ſimul concu cendum eſt non eſſe licitum emptori cond pellere, immò ipſi cõductori licitum eſſe illiq́; inſiſtere, quouſque locationis tēpus tum,nã ſi aliqui docto.hoc uolunt,qñ bona ter fuerunt generaliter obligata,aliqui,qñ in ꝯctu locationis eſt ſpecialiter obligata, qñ promiſſum fuit de non alienando rem, faciendo contractum in præiudicium cõd obligatione generali,ſeu melius ſpeciali, hoc idem uerum erit, quando hæc omnia pulatiuè concurrunt, ac etiam aliud ultra quãdo per locatorem promiſſum fuit, rata,& grata habere,& non contra facere, ut ſupra,arg.c.1.de treg.& pace.& auth.itaque mu.de ſucceſ. & facit id, quod in ſimili uolunt de Caſtro, Cuman. Alex. & alij in l. 1.ff.ſi qu uoca.non ierit.& Bald.in addit.ad Spec.in
9 col.1. qui dicunt, † ꝙ id, quod ſimplex ſatiſd iudicio ſiſti per ſe operari non poteſt, opera cũ ſatiſdatione de iudicatũ ſoluendo, qñ coniunctæ,& faciunt ēt ea,quæ habentur per in cap.ſi cautio. de fid.inſtru. ¶Sed prædicta ſioni unum ualde aduerſari uidetur,nam

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

ſupra in primo dubio, ꝙ domina Lucretia tutrix fi-
liorum ſuorũ nõ ſuo noĩe proprio, nec ad eius utili-
tatẽ, ſed tutorio nomine & ad ſuorum pupillorũ uti-
litatẽ cõtraxiſſe, & locaſſe cenſetur, & ꝙ ex eo, quod
ipſa ſpecialiter rem locatam cõductori obligauit, ex
quo ius ſit ipſi conductori in re acquiſitum, non po-
teſt conductor expelli, ſibiq́; retentione rei uti lici-
tum eſſe prædicta, & ſic infertur, ꝙ tutori ſimpliciter
à iure permiſſum dicatur, poſſe abſque alia ſolemni-
tate, & decreto rem pupilli ſpecialiter obligare, & pi
4 gnori dare, quod tamen eſt falſum, quia † ſpecialis
hypotheca, & pignoris datio dicitur expreſsè tutori
prohibita, ſicut quælibet alia alienatio, niſi ex cauſa
iuſta, & cum decreto, quoniam ſpecialis hypotheca,
& pignoris conſtitutio alienationis appellatione cõ-
prehenditur. c. nulli. de rebus eccle. non alien. l. fin. C.
de rebus alien. nõ alien. & hæc probãtur in l. lex, quæ
tutores. C. de admin. tuto. & facit text. not. in l. ſi pu-
pillorũ. §. ſi prætor. ff. de rebus eorũ. ex quo infertur,
tutori non eſſe conceſſum, ut poſſit ſpecialiter obli-
gare, ſicut non eſt ei permiſſum uẽdere, quare ſequi-
tur, ꝙ obligatio ſpecialis rei conductæ in inſtrumen-
to locationis appoſita non ualuit, & ipſo iure nulla
fuit, quamuis ipſe tutor locare potuerit, ergo ex illa
ſpeciali obligatione, quæ nulla fuit, nullus iuris effe-
ctus inferri, aut reſultare potuit. l. non dubiũ. cum ſi-
milib. C. de legib. & l. quemadmodum. C. de agrico.
& cenſib. li. 11. cuius contrariũ fuit ſupra concluſum.
Hæc oppoſitio eſt equidẽ ſatis colorata, uerũ eſt ani-
11 maduertendũ, ꝙ † licet tutor rem pupilli ſpecialiter
obligare nõ poſſit, iuribus præallegatis, tñ ſi in con-
tractu de iure utili, & ualido ſit pignus obligatum, &
facta ſit ſpecialis rei pupilli obligatio, licet obligatio
hypothecæ in ſe nõ ualeat, ut ex ea agi poſſit, ualet tñ
quoad effectum excipiendi, ut creditor poſſit retẽtio
ne dictæ rei obligatæ uti, ex quo fuit obligata in con-
tractu, qui à tutore ualide de iure fieri poterat, hic eſt
caſus ſingularis iuncta gloſ. in d. l. ſi pupillorũ. in fi. ff.
de rebus eorũ. Sed in terminis noſtris cõtractus prin-
cipalis locationis à ſolo tutore abſq; ſolemnitate po-
tuit ad modicũ tẽpus fieri, ut ſupra ꝓbatum fuit, ergo
obligationis ſpecialis quamuis quoad ius agendi nõ
ualeat, ualebit tñ quoad ius excipiẽdi, & retinẽdi, &
dicit in d. §. ſi uir. & in aliis locis ſpecialem hypothe-
cam, & obligationẽ rei conductæ conſiderant ſolum
ad effectũ excipiẽdi, & retinẽdi rem conductã, donec
tẽpus locationis finitum fuerit, ergo nõ refert, an hu
iuſmodi obligatio rei conductæ in caſu noſtro facta
fuerit cum ſolemnitate, & decreto, uel ſine à ſolo tu-
12 tore, & ideò doct. in c. nulli. de rebus eccle. nõ alien.
dicunt, q illis caſibus, quibus prelato permiſſum eſt
de rebus eccleſiæ cõtractũ facere iuxta not. in d. c. nul
li. & in clem. 1. eod. tit. licitum etiã ipſi erit ſimplici-
ter obligare bona eccleſiæ etiam ſpecialiter pro ob-
ſeruatione conuentorũ, alioquin nõ reperirẽtur, qui
uellent cũ eccleſia, ſeu eius prælato cõtrahere, quod
quidẽ eſſet eccleſijs præiudiciale, & propterea nõ ad
mittendũ. ¶ Fuit etiã mihi exhibitum quoddã ſtatu-
tum diſponẽs ſuper alienationibus, & ꝯtractibus mu
lierũ, quod ſtatutũ potius ad fauorẽ noſtrũ facit, qm̃
à diſpoſitione illius expreſsè excipitur caſus, quando
mulier uellet ad modicũ tẽpus, ut ad quinquennium
locare, quod quidẽ ſtatutum illi abſq; alia ſolemnita
te permittit. Præterea quamuis ſtatutum illud obliga
tionem rei ſpecialem prohibeat, tamen poteſt intel-
ligi, niſi illa ſpecialis rei obligatio eſſet in contractu
ipſi mulieri permiſſo appoſita, quia & ſi obligatio nõ
ualeat quoad ius agendi, ualet tamen quoad ius exci
piendi, & retinẽdi, de quo nos diſputamus, ut in d. l.
ſi pupillorũ. in fin. Tertio dico, illud ſtatutum loqui
in mulieribus uolẽtibus res ꝓprias ſuo noĩe, & ad uti
litatẽ ſuã, ac pro ſuo intereſſe alienare, uel obligare,
& cũ ſit iniquũ, & odioſum, ut eſt tex. not. in l. nõ uſq;.
ff. ſiquis à paren. fuer. manu. nõ debet ad caſum nr̃m
extendi, qñ mulier tutorio, & adminiſtratorio noĩe
ad utilitatẽ pupillorũ cõtrahere, & rem obligare uel-
let, argumẽto c. quæ à iure cõmuni. de reg. iur. in 6. &
l. cum quidã. ff. de lib. & poſthu. cũ ſimilibus. & ita ex
prædictis concludendum eſſe uidetur. Laus Deo.

SVMMAE.

1 *Locator ante finitum tempus locationis rem locatam alienans conductori ad totale intereſſe, & ad damnum tenetur, niſi ex pacto ſibi ius alienandi reſeruauerit.*

Et quandoq; etiam ad intereſſe lucri, quod conductor ex re locata percepturus eſſet. num. 4.

2 *Prohibitum ad tempus dicitur poſt tempus permiſſum.*

3 *Venditio proprie in pacto, & ſtipulatione quid contineat.*

5 *Si locator ex pacto non poteſt rem locatã ante quinquennium uendere, ex hoc non ſequitur, quòd, durante locatione, poſt quinquennium poſſit illam vendere.*

Et ſi vendat, ad quid conductori teneatur, & nu. 7. & 9.

6 *Pactum factũ contra naturã locationis in dubio ſecundũ regulas iuris cõis, & vt minus naturæ locationis, & regulis iuris de locatione loquentis præiudicetur, debet intelligi, et interpretari.*

8 *Interpretatio, quæ alias fieri non deberet, quandoque fit, nequis damnum indebitè patiatur.*

10 *Argumentum à contrario, ſeu tacitè ex verbis ſumi non debet contra id quod vult ius commune.*

11 *Nec, quando ex eo damnum alicui infertur.*

12 *Venditionis appellatio quando omnem alienationẽ cõprehendat.*

EPITOME.

Pactum ſi fiat inter locatorem, & conductorem, ꝙ non liceat locatori ante quinquennium rem locatam uendere, & caſu quo uenderet, teneatur conductori præſtare aliam rem ſufficientem, alienando, ſeu uendendo poſt quinquennium, adhuc locatione durante, ad quid locator cõductori teneatur, & quomodo illud pactum circa hoc ſit interpretandum.

CONSILIVM CXXXVI.

Male ex ſcriptura mihi tranſmiſſa punctus,
ſuper quo eſt coſulendum, percipi põt, ſed
arbitror dubitari, an lapſo quinquennio lo-
catori liberè ſit permiſſum aliquo titulo
rem locatam alienare taliter, ꝙ ipſe non teneatur in-
quilino ad aliquam domum, ſeu aliud ei præſtandũ,
& conſequenter, utrum locator poſt quinquennium
impunè poſſit rem locatam alienare ẽt in damnum,
& præiudicium conductoris. In quo prima facie uide
tur dicendum, locatorem poſſe impunè alienare, &
alienãdo ad aliquid cõductori præſtandum non tene
1 ri: qm̃ † licet regulariter, & de iure cõmuni locator,
qui ante finitum locationis tempus rem locatã alie-
nauit, teneat̃ ipſi conductori ad intereſſe. ut in l. qui
fundũ. l. ſi merces. §. 1. ff. loc. & Alex. ĩ l. ſi filio. ff. ſolu.
matri. tñ ſi locator ſibi ius alienãdi reſeruauerit, im-
punè poterit alienare, qa ꝯ̃ctus legem ex conuentio-
ne partium accipiunt. l. cõtractus. ff. de reg. iuris. ſed
in caſu nr̃o hoc ius alienandi uidetur poſt quinquen
niũ eſſe reſeruatum, ut cõſtat ex pacto inter ipſas par
tes facto, quo conuentũ fuit, ꝙ locator ante quinquẽ
nium nõ poſſit res locatas uẽdere, & caſu, quo infra
illud tempus uenderet, is teneatur conductori dare,
& aſſignare unam domũ ſufficientem uſq; ad finem
locationis ſub pœna conuenta, ergo clare ex his ap-
paret, locatorẽ impunè poſſe poſt quinquẽniũ res lo-
catas alienare abſq; eo, ꝙ ꝯductori de alia domo pro

uideat,